



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LIII. Bononien. bonorum emphyteuticorum de Campeggiis. Quando  
per divisionem factam de re emphyteutica inter plures in investitura  
comprehensos, renunciatum censeatur nec nè juri de futuro ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

Camerinen. fideicommissi 21. Maii 1649. Dunozetto inter suas dec. 828. & in aliis, quia possessori nil deperit, neque de ejus iuribus tollitur.

Clariss vero ubi aliqua justa causa concurrit dissipationis, vel alienationis in extraneos ex collectis per Amat. dicta resol. 49. num. 26. in fine, & ponderatur in d. Camerinen. & hic erat casus ob dictam alienationem in extraneos.

BONONIEN. BONORUM  
EMPHYTEVTICORVM  
DE CAMPAGGIIS  
S E V  
THOMA ET ALEXANDRO  
DE CAMPEGGIIS  
C U M  
BENTIVOLIS. ET MENSA  
ARCHIEPISCOPALI.

*Casus decisus per Rotam, ut infra.*

Quando per divisionem factam de re emphyteutica inter plures in investitura comprehensos, renunciatum censeatur nec ne juri de futuro competenti ratione juris accrescendivel successorii, deficiente uno ex devidentibus.

Alienans bona emphyteutica per divisionem in ejus portionem obvenia. An censeatur alienans tantum suum jus emphyteuticum pro tempore sua durationis absque prajudicio agnatorum, ita ut istis vendicantibus, non intret evictio tanquam ex natura rei.

Et de validitate vel invaliditate concessionis emphyteuticae factae per Ecclesiam. Et aliqua de jure seu actione competente proximioribus pro renovatione contra tertium.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 Referuntur decisiones causa.
- 3 Sententia transacta in judicatum & observata firmat statum, ac facit ens de non ente.
- 4 Sententia sine actus non probat nec attenditur.
- 5 Declaratur ubi est antiqua.
- 6 Et de alia declaratione.
- 7 Depresumptione coadjuvante sententiam.
- 8 Quando dicantur bona solita concedi, ut non requiriatur beneplacitum.
- 9 Beneplacitum presumptum sublatum fuit per Constitutionem Urbani Octavi.
- 10 De investitura abusiva seu preventiva, prima investitura adhuc durante.
- 11 Sub generationibus an comprehendantur activa, & computetur persona ipsius acquirentis.
- 12 De renovatione debita proximioribus finita concessione.
- 13 Pro ea quale remedium, seu actio competit.
- 14 Quando dicta renovatio non intret.
- 15 Quanto tempore duret jus petendi renovationem.
- 16 Distinguuntur plures species renovationis, & de prima specie prefinitionis temporis ad eam per-

- rendam post finitam investitaram.
- 17 De altera specie renovationis petenda per novum successorem.
- 18 De terciaria specie singularis quibusque temporibus investitura durante.
- 19 An ob non peritam renovationem juxta tertiam speciem intret caducitas.
- 20 De clausulis ad habendum & alio, ex quibus per divisionem censeatur remissum usum emphyteuticum vel fideicommissum & num. 26.
- 21 Quomodo decidenda sit questione, an per div. si nem censeatur remissum fideicommissum.
- 22 Substantia voluntatis potius attendi debet, quam figura verborum.
- 23 Quacircumstantia potissimum spectanda sint, ut per div. si nem censeatur remissum jus nec ne.
- 24 Regula est, ut in dubio per divisionem non inducatur remissio juris de futuro.
- 25 Inclaris non intrant argumenta.
- 26 Declarantur deducta num. 20. super operatione clausula ad habendum, & aliarum clausularum.
- 27 De aliquibus considerationibus pro remissione.
- 28 Et econtra pro non remissione.
- 29 Pretium est argumentum voluntatis partium.
- 30 Quomodo intelligenda sit renunciatio seu remissio jurium & bonorum, quorum extirpet non sunt capaces.
- 31 De non praekanda evictione de natura rei.
- 32 Quando censeatur venditum solum jus proprium, vel & pleno iure.
- 33 Ubique emphyteutis alienatur, & accedit assensus domini, attenditur linea novi aquirentis.
- 34 De natura bonorum emphyteuticorum Bononiae.
- 35 De questione, an deferendum sit Capituli, vel instrumento, & de attendenda potius substantia voluntatis, quam si iura verborum & clausularum.

D I S C. LIII.

**D** E anno 1546. Cardinalis Campeggius Episcopus Bononiensis, duplice fece concessionem emphyteuticam Antonio Mariae Campeggio, Uiam tornatu arum terreni 307. pro se ejusque filius & nepotibus per rectam lineam descendentes usque ad tertiam generationem. Alteram vero tornaturarum 2500. pro univera linea masculina in perpetuum; Ex dicto autem Antonio Maria superstites fuerunt tres filii, nempe Balthasar, Vincentius, & Annibal, cumque defuncti essent Vincentius & Balthasar, suos eritis ex isto Jo. annie, & Rodolphi & ex Vincentio Alexander, inter istos de anno 1575 ac Ambalem superstitem deventum est ad divisionem omnium bonorum, tam liberorum, & aliorum, quam hujusmodi emphyteuticorum, atque in instrumento divisionis, juxta amplum formularium Bononiense, adiecta fuerunt clausule imponentes liberam dispositionem de cuiuslibet portione, pro se, ejusque heredibus & successoribus quibuscumque cum reciproca evictione in forma, Alexander vero cum consensu, ac etiam obligatione dictorum Annibal, Jo. & Rodolphi vendidit de anno 1590. bona emphyteutica praedicta per divisionem in ejus portionem obvenia Bentivolis, unde extincta dicti Alexandri linea masculina per obitum Hieronymi ejus filii, Marchio Thomas, & Alexander fratres de Cam-

Campelli nepotes præfati Annibal ex Antonio filio judicium contra dictos de Bentivolis possessores instituerunt pro dictis bonis vendicandis, quæ pente, se admisit ad causam procurator Mensæ Archiepiscopalæ, pro exclusione utriusque, omniumque dictorum bonorum vendicacione, ob præfatae concessionis invaliditatem; Et introducta per appellacionem à sententia diffinitiva vel interlocutoria de partibus causa in Rota *ceram Albergato*, dicti de Campelli & Bentivolis quamvis inter se adversarii, communem tamen causam agentes contrà Menam, curarunt disputari prius fidubium super istius pretensione, quo proposito, sub die 1. Junii 1665. prodit resolutio contrà Menam super dictarum concessionum validitatem; Deinde vero assumpta disputatione inter ipsos super dubio, an Campelli auctoriis danda esset immissio ad omnia bona, in utraque concessione prædicta contenta, coque proposito, sub die 2. Aprilis 1666. negativa prodit resolutio, Distinguendo enim dictas concessiones, ut potè diversam formam habentes, quoad illam tornaturarum 307. dictum fuit actores comprehensos non esse in investitura, ut potè restricta ad solos nepotes, ideoque non conveniente ipsis prœpotibus Antonii Mariae primi acquirentis, & consequenter, nullum jus, nullamque actionem eis competere; Quovè ad alteram concessionem tornaturarum 250. sub qua non controvèrbatur actores esse comprehensos, ut potè concepta pro omnibus descendentibus in perpetuum, dictum fuit, quod cumque jus remissum fuisset per divisionem concedentem Alexandre reorum conuentorum auctori libertatem disponendi, adversus quam divisionem licet auctores ex persona propriâ tanquam vocati per investituram ex pacto & providentia venire potuissent, nihilominus id eis impediabatur per qualitatem hereditarianam dicti Annibalis eorum avi, tam in divisione, quam in hac venditione ad evictionem respectivè obligati, obtentaque per Campellios nova audientia super secunda concessionem tantum perpetua, & reproposita cedula sub die 13. Junii 1663. coram eodem Albergato, perstitit fuit in dictis, ex eodem motivo libertatis bonorum & facultatis alienandi ex divisione resultantium, & in hoc statu causa adhuc pender.

In hujusmodi igitur disputationibus, quatuor fuerunt inspectiones, vel punti, Primo scilicet cum Mensa Archiepiscopalæ, super dictarum concessionum validitate, vel invaliditate, Secundo circa primam concessionem temporalem ad tertiam generationem, an auctoriis conveniret, ut potè primi acquirentis prœpotibus, & quatenus non, an saltem ipsis ius haberent petendi renovationem; Tertio an per dictam divisionem censeretur remissum ius emphyteuticum de futuro, ita ut licitum fuerit bona in perpetuum alienare in extraneos, etiam post ipsis alienantis lineam finitam, ac ius expiratum in præjudicium aliorum agnatorum; Et quartò demum super interpretatione dictæ venditionis factæ per præfatum Alexandrum, an scilicet censeretur vendidisse bona in perpetuum, ac pleno jure, vel potius vendidisse ius suum pro tempore sue durationis, adeo ut eo expirato, dicenda esset evictio sequuta de natura rei.

Quatenus peatinet ad primum adversus Menam, reflectendo etiam ad veritatem, justa & probabilis mihi visa est resolutio super dictarum concessionum validitate, ex eo potissimum fundamento, quod paulò post, de anno scilicet 1553. sub *Iulio* 3. per Congregationem Cardinalium particulariter

deputatam ad revidendas & examinandas alienationes, & concessiones bonorum Ecclesiæ à quodam tempore citræ deputatus fuit pro Civitate Bononie particularis commissarius, qui per ejus sententiam canonizavit dictas concessiones, declarando eas validas, & successivè injustas oppositiones procuratoris Mensæ Episcopalis, cui perpetuum silentium imposuit, ita enim, dicebam scribens pro dictarum concessionum validitate, per dictam sententiam transactam in iudicatum firmatus erat status, cum rei judicata virtus & operatio fit firmare statum, atque ut nostri dicere solent, facere de albo nigrum, & ens de non ente, *l. res iudic. ff. de regul. jur. l. ingenuum cum ibi notati ff. de statu bonum cum concord. per Surd. cons. 6. numer. 2. & cons. 16. num. 13. Rovit. prag. 2. de juris. invicem non turban. num 40. & communiter*, Et in fortioribus terminis sententia late super canonizatione jurisperitorum in persona suspecta, cuius respetu per Sac. Conc. Trid. rigorosa probationis forma inducta est, firmatur in Bononien. Archipresbyteratus 23. Martii 1648. coram Corrado impress. dec. 168. par. 10. rec. ubi plenè concordantes.

Et quamvis per scribentes in contrarii satis infesteretur, quod sententia sine actis nihil probat, atque nullatenus attendenda est Gregor. & add. dec. 1. & 209. Buratt. decis. 76. & 94. & 823. decis. 197. nu. 13. & seqq. par. 5. rec. & passim, facilis tamen erat responsio, quod dicta conclusio aliâs vera, non procedit in sententia antiqua, quæ ubi est observata, ac præserim deducitur excipiendo, non autem agendo, & pro executione, alia justificatione non indiget, *Manica dec. 296. num. 6. & 7. Cavaler. dec. 22. 3 num. 5. dec. 197. num. 59. & seqq. par. 5. rec. & sapient. Potissimum vero quia non agebatur de judge ordinariorum, vel delegato procedere debente in forma merè judiciali, sed habente in facultatibus etiam per extrajudiciales informationes, ac judicio ordine non servato procedendi, quo casu, etiam non concurrente antiquitate temporis, præsumptio est pro sententia, vel pro executione, multò magis accidente temporis antiquitate, quæ in proposito resulat ex lapsu 30. annorum, ac etiam subsequita continuata observantia Seraph. dec. 1073. & 1125. dec. 577. num. 6 & 9. p. 1. rec. & in dicta Bononien. Archipresbyteratus dec. 168. par. 10. rec.* Quibus generalibus præsumptionibus pro dictæ sententia legitima justificatione, alteram ego addebam, meo iudicio satis scilicet considerabilem, temporis recentis infra decennium, quando nimium facile erat inspicere formam, cum qua hujusmodi concessiones factæ erant, Et quod magis, de proximo cessaverat longus istius Ecclesiæ Præsulatus in hac domo de Campelli in patruo & nepote continuatus, unde juxta frequentem & communem praxim, probabile est, quod contrà hujusmodi concessionarios de domo, in qua de recenti longa fuerat dominatio, diligenter, & forte cum aliquo rigore processum fuerit.

Hinc proinde cessabant ex defectu applicatio-  
nis, ea quæ latè deducebantur per scribentes pro Mensa circa necessitatem Beneplaciti Apostolici, dum non justificabatur ista esse bona solita concedi cum illis requisitis, quæ necessaria sunt ut dicantur talia per unam concessionem solemnam, vel duas diversas effectum sortitas spatio annorum 40. Et quatenus etiam dici possent, neque sufficere, nisi constaret non fuisse alteratum solitum, atque concurrere Ecclesiæ utilitatē, nunc & de præsentis verifi-  
candam, ut necessarium est ad hujusmodi solemnitatis necessum.

necessitatem evitandam, ut de his haberet apud Bar-  
bos. de Episcop. alleg. 95. de Marin. refol. 7. lib. 1. Duran.  
dec. 250. dec. 36. 243. & 252. par. 7. rec. & frequenter in  
sua materia sub ut. de alienat.

Et quamvis etiam insisteretur in eo, quod hodie amplius suffragari non possit beneplacitum presumptum resultans de jure communi ex lapsu longissimi temporis 30. annorum, juncto cum continua observantia, cum illud sublatum fuerit per Constitutionem 9 nem 157. Urbani VIII. quae sicut ex interpretatione data per Rotam capit etiam has alienationes & concessiones priuatas, licet revera talis non fuerit Pontificis sensus, ut in Tyburina affectus coram Corrado dec. 219. par. 10. rec. & frequentissime in aliis, cum sic hodie receptum per regulam tribus casibus limitanda, Primo scilicet ubi accedit spatium 100. annorum. Secundò ubi inter duas Ecclesias. Et tertio ubi de rebus de tempore dicta Constitutionis in judicium deducitis, in quibus salva remanet juris dispositio, ut in sua materia sub ut. de alienationib. & alibi. Attamen de plano haec objecta tollebantur, quoniam hujus partis fundamentum non consistebat in cessante necessitate Beneplaciti, minuisque in illius presumptione ex temporis lapsu resultante, sed in eo, quod revera solemnis adhibita esset, tunc coram dicto Commissario justificata, nunc autem non justificabili, quoniam post statum ita firmatum probationes negligi potuerunt.

Satis etiam insisteretur in praedictarum concessione in validitate resultante ex eo, quod illae essent preventivæ, seu abusivæ, de bonis adhuc non devolutis, ut potest per illos de Bolognini, & sic facta in supplantationem successoris, ex iis, quæ in hac materia abusivæ, seu preventivæ investituræ habent particulariter deductas in Fulgenaten, domus hoc eadem. tit. difc. 1. sed pariter difficultas tollebatur ex facto, quoniam antequam hujusmodi concessiones fierent, Mensa Archiepiscopalium item instituerat contra Bolognium ex capite devolutionis, & investituræ jam finitæ, quæ lis terminata fuit mediante transactio ne, per quam Bologninus suo iuri cessit contentus sola vitalita commitate, & sic concessio facta fuerunt de bonis tamquam jam vacanibus, potissimum quia idem primus possessor defecerat etiam vivente ipso Episcopo concedente, unde propterea cessabant omnia illa fundamenta, ex quibus hujusmodi abusivaruim investiturarum invaliditas resulat, dicuntur ex deducitis in eadem Fulgenaten, ubi de hac materia.

Quo vero ad secundum punctum primæ investiturae temporaneæ tornatarum 307. mibi licet scribentes pro actionibus, resolutio edita contra eos sub. die 2. Aprilis 1665. vila est probabilis, quoniam in investitura comprehensi non erant, Licet enim ego & ceteri scribentes, insisteremus in eo, quod concessio facta esset ad tertiam generationem cum dictione, uisque & cum verbo eius, quo casu videtur ipse generans non includi sub generationibus, ex iis quæ super hoc puncto, super comprehensione generans ad theoricam Bart. in auth. quas ruinas nu. 4. Cod. de Sacrof. Ecclesiæ habent particulariter acta in Bononiens. seu Nonantulana devolutionis honorum hoc eodem ut. difc. 15. super qua prodit decisio 6. Iunii 1664. coram Taja, Nihilominus, ut advertitur ibi, ac in dicta decisione coram Taja, quæ allegatur in hujuscauæ decisione, ac etiam prius in Forosempromen. seu Engubina coram Coccino dec. 19. post Partell. huiusmodi in predicto intrat, quando de tribus generationibus simpliciter agitur, unde ambiguum remaneat, an comprehendatur actionis, necan; feci autem ubi devenitum est ad enumerationem personarum, seu graduum, quia nemp̄ dictum sit, pro se filia & nepotibus, ut in praesenti, tunc Card. de Luc. de Empphyteusi pars II.

enim, qualis qualis sit formula verborem, noti illa attendendi est, ut potest sapientis ex Notariorum formulario, sed substituta voluntati partium, quæ in hac di numeratione consistere solet.

Quando cauæ agitata fuit in prima instantia in partibus, actiones defensores insisterebant in eo, quod saltem eis debita esset, tanquam proximioribus ultimi deficiente renovatio, quæ Ecclesia nolente pro le retine re, hodie certa & necessaria dicitur ex aequitate derivata à traditione glof. & Bart. in L. 1. ff. de aqua quotid. & astiva, de qua sapientis hoc eodem tit. praesertim in Foroliviens. difc. 3. Verum in Curia, & in congressibus omnipotè neglectum fuit motivum, unde propterea in disputationibus non deductum, Tam quia etiam in calu, quo dicta renovatio competat, non competenter immisio, vel alia actio seu remedium reale, seu rei persecutorum, sed solùm actio personalis, seu verius jus implorandi officium pro illa obtinenda, ut apud Gregor. dec. 348. & 567. Rojas decis. 321. Cesenate. emphyteusis coram Albergato & Melito dec. 151. 166. & 230. par. 11. rec. & sapientis, cum sit receptissima proppositio, Tam etiam quia difficultas cadebat, nedum circu ordinem, seu competentiam actionis, sed etiam circa substantiam, dum non agebatur de continuatione bonorum de ultimo defuncto in alterum proximiorem impedito ex dicta aequitate transitu ad personas extraneas, in quibus terminis proprii intrat dicta conclusio, dum usque ab anno 1590. bona jam transferant in diversam lineam ex extraneis personas, unde quando defecit ultimus comprehensus in investitura, bona non erant penes ipsum, ideoque deficiebat veritas, cui haec fictione inniti posset, cum aliud non sit hac renovatio, nisi quedam ficta continuatio investitura, seu primæ status ex deducitis in dicta Foroliviens. ubi formiter de hac materia renovationis.

Prout econversio, in ordine ad materiam renovationis, scribentes in contrarium pro reis conventis in Curia neglexerunt deducere vere fallax malèque fundatum morivum, super quo in partibus nimium insisterebatur, pro excludendis actionibus ab alia investitura perpetua, quod scilicet concessio, quamvis facta pro omnibus descendentibus linea masculina in perpetuum, nihilominus erat solùm de 29. in 29. annos ad renovandum, ideoque ad duo inferbatur, Primo ad incompetentiam dicti interdicti possessoris & realis, ex superiori insinuata conclusione, quod pro hujusmodi renovationibus non competit nisi actio personalis, seu jus implorandi officium judicis, Et secundò quod idem jus perendi renovationem, ad instar eorum, quæ disposita sunt in jure feudali, exerceri oebet infra annum, sive ad summum quando bona transferunt in extraneum, juxta opinionem proximioribus favorabiliorum, durat solùm spatium 30. annorum ut dec. 46. & 143. par. 10. rec. dec. 192. nn. fin. coram Celio inter suas & sapientis, quorum utrumque tempus post completam renovationem tunc currentem, quando hac alienatio sequuta est, elapsum erat.

Verum hoc erat aequivocum manifestum, à peritis Curia Advocatis & defensoribus merito negl. & cum, quoniam, ut dicebam scribens in causa quando haec pendebat in partibus, tres habentur species renovationis, Una est superioris insinuata, quando scilicet expirata concessio per finem linea, vel temporis posse de jure Ecclesia vel alter dominus directus, cessante conuerdine, vel privilegio in contrarium, pro ferrelinere, sed alius concedit, quo calu antequam ad novam concessionem procedat, denunciare potest proximioribus cum præfinitione termini unius anni seu alterius temporis à dicta conuerdine præfiniti, juxta ea quæ habentur in hoc proposito

deducta in Farfen, sub tit. de feudis disc. 52. atque pro ista renovatione intrat dicta proposicio de incompetencia actionis realis vel rei per securitatem.

Altera species renovationis est illa, quæ haberet in iure feudal, de qua in dicta Farfen, ac etiam in Maganen. renovationis eodem ut. de feudis discurs. 59. quam scilicet novus successor à domino petere teneatur infra annum, & diem sub pœna caducitatis, quamvis investitura adhac duret, & cuius renovationis loco, in utrinque Siciliæ feudis successit relevium consistens in medietate frumenti illius anni, atque loco caducitatis ob illam non petitam in tempore, succedit pœna solvendi idem relevium duplicatum, ex deducis in Campanien. relevii d. ut. de feudis disc. 28. & in hac specie neque intrant dicti termini, quamvis etiam in emphyteusi, vel ex particulati confuetudine, velex lege in vestitura tali renovatio petenda esset per novum successorem.

Tertia demum est illa renovatio, quæ etiam in emphyteusi perpetua, seu adhuc investitura durante, singulis quibusque temporibus, puta de 29. in 29. annos, ut in praesenti, seu de novem in novem, aut de hexaginta, ut pluries practicavi, renovatio petenda sit, & tunc non intrat caducitas, neque renovatione importat novum jus, seu novum titulum, sed semper est eadem investitura, cum obligatione petendi hujusmodi renovationes præfinitis temporibus, vel ad faciliorem dominii probationem, vel, & frequentius, pro obtinendis emolumentis, qua pro hujusmodi renovationibus solvi solent, & in quibus in plerisque partibus constituit major Ecclesiæ vel domini directi utilitas, quam in annuo canone, ut apud Mant. de tacit. lib. 22. tit. 23. num. 12. & 13. Fulgin. de emphyteusi titul. de renovationi, quæ sibi 33. in 4. & 8. Duran. dec. 402. nu. 7. dec. 438. num. 3. par. 1. res. 3. & 1. num. 14. pars. 5. Montispolitan. bonorum coram Melito decis. 243. par. 10. recent. cum aliis per adden. ad Gregor. dec. 348. num. 6.

Atque tunc, non petita in tempore renovatione, non intrat caducitas seu evolutione tanquam per investituram finitam, sed solum domino directo competit jus cogendi emphyteutam ad illam petendam, debitaque emolumenta solvendum, nisi alijs in investitura conventum sit, quo etiam casu, licet de stricto iure ob vim pacti seu legis investitura intret caducitas, adhuc tameu defaciit intrat & equitas pro admissione, one ad purgationem moræ, five admittit excusationis, ut in Cervien. bonorum coram Othobono inter suas decis. 183. in eadem coram Ghelerio decis. 165. par. 10. rec. in dicta Montispolitan. coram Melito decis. 243. edem par. 10. in quibus concordantes, Unde propterea temper commendabilis remaneat Cutia Romanæ stylus, ejusque professorum ( quamvis etiam aliquando violati solitus, quia non datur regula sine limitatione ), effigieendi scilicet superflua, & non immoradri in iis motivis, quæ certam est non esse substantabilia, ut in praesenti hinc inde gestum fuit. Et tamen in partibus, quodammodo negletis aliquibus solidioribus motivis, de quibus infra, super istis hinc inde maiores habita fuerint disputationes, dum ego pluries requisitus fuimus per eos ad scribendum in causa, quando ibi pendebat.

Quo vero ad tertiam inspectionem, seu punctum, super quo major, ac penè tota fuit disputatio in Rota, & in futurum fortè etiam erit, dum causa adhuc pendet. An scilicet ad dictam divisionem sequuntur inter primi acquirentis filios, & nepotes respectivè, ut supra de anno 1589. inducta esset reciproca remissio juris emphyteutici, & successivè honorum libertas, unde propterea in extraneos hæc portio distrahi potuerit.

Rota iu utraque decis. amplectendo fundamenta deducta per scribentes pro rei conventis, pro remissione ac respectivè libertate respondit, principaliter in nixa clausula ad habendum, aliiisque clausulis & verbis in divisione contentis, ac etiam reciprocæ promissione evictionis in ampla forma, & stipulationi pro heredibus & successoribus qui buscumque, procedendo cum auctoritatibus circa hujusmodi clausularum & verborum efficaciam collectis per Menoch. cons. 1223. n. 49. & sequen. & in his terminis emphyteuticis per elaboratum collectorem Cirocum discept. 60. n. 6. cum sequen. & per Rotam decis. 176. num. 18. & sequen. p. 5 rec. & in supradicta Casenaten. emphyteusi coram Melito decis. 230. par. 10. recent. Et in terminis fiduciocommissariis generaliter Peregr. de fiduciocommissari. 52. Fusar. que sibi 193. decis. 206. & 240. p. 9. recent. & in aliis, ut patet ex decisionibus desuper editis, quæ in substantia ad has clausulas & verba restringuntur, & hoc est principium immò totum earum fundamentum.

Mihi verò reflecentia veritatem, in discursu edito in congressu pro directione, ac iuxta ea, quæ frequens mea fuit consuetudo dicendi in consimilibus questionibus disputatis in materia fiduciocommissariæ, an scilicet & quando per divisionem censeatur remissum fiduciocommissum de futuro, videbatur istam non esse questionem iuris, sed facti & voluntatis, non recipientem certam generalem ac uniformem regulam seu determinationem, sed decidendam ex singulorum casuum particularibus, ac individuis circumstantiis, simul ac unitim ponderandis pro iudicis prudenti arbitrio, quod, ut generaliter habetur in dicta materia fiduciocommissaria, ac in aliis, in quibus de ambigua disponentium vel contrahentium voluntate sit questione, diversimodè interponendum est, sapientis enim aliqua conjectura vel circumstantia in uno casu sufficiunt, in altero verò cæd. m ac longè maiores repudiantur sunt inefficaces, quia sic unius vel alterius casus qualitas exigat.

Potissimum verò spectanda est substantia voluntatis, ex pactis aliquaque factis partium magis desumenda, quam ex cortice & figura verborum, quæ frequentius solent esse magis Notariorum ex eorum formulatiis desumpta. Mantica de conjecturis lib. 3. tit. 3. num. 9. & de tacit. lib. 2. tit. 7. num. 2. cum seqq. Buratt. dec. 113. num. 7. Merlin. dec. 69. num. 46. Rotam Rom. fiduciocommissari. 24. Mui 1660. Veropio, & in aliis. Et in proposito attendendi magis capitula quam instruimus, quoniam in illis residet substantia voluntatis partium, istud verò continet verba Notarii, habetur in Romana Casalis veteris hoc eodem tituli discurs. 14.

Inter facit autem circumstantias, ut patet ex collectis per Fusar. d. quæst. 593. & in allegatis decisionib. 206. & 240. par. 9. rec. & in Cathacen. hereditatis decis. 308. par. 11. potissimum spectanda est qualitas seu inæqualitas, & successivè laetio, quæ exinde resultaret, cum ita inferatur ad verisimile vel invertisimile, quæ in his questionibus totum facere videtur, capiendo solum pro norma regulandi conjecturas aliaque adminicula regulam generalem, quæ ex veriori, magisque recepta sententia est negativa, ut scilicet per divisionem ius de futuro remissum non censeatur, quamvis eius certa scientia haberetur, cum distinctione inter scienses & ignorantibus percuriat potius questionem remissionis iuris de praesenti, ex ea clara ratione, quod cum incertum sit, quisnam ex dividendis prius defecturus esset, uterque dicitur æqualiter agere de futuro sperato commido, proindeque utriusque interest tale ius conservati, ut patet ex Pe-

regre.

regr. Fusar. & Rota ubi supra, & apud Buratt. dec. 89. & in terminis emphyteuticis Hondeled. conf. 36. num. 3. cum sequen. lib. 1. Gabr. conf. 89. num. 8. & sequen. lib. 1. Fulgn. de emphyteusis tui de renunciat. quæst. 6. num. 1. & sequen. per totum.

Ista igitur generali theorica ita constituta, quatenus pertinet ad ejus applicationem ad casum, quando divisio sequita esset super bonis emphyteuticis tantum, admissum quod clausulis & verbis praedictis dicta operatio dari debuisse, quasi quod tunc recte intraret regula textus in l. lib. ante ille ff. de legatis tertio, quod scilicet in claris non intrant presumptiones & argumenta, de qua regula in actibus inter vivos late habetur decis. 44. numer. 14. par. 11. rec. 1. Sed quia divisio erat generalis omnium bonorum complexiva, etiam allodialium & liberorum, idcirco videbatur illa remanere & quivoca ut potest recte facientia suam operationem discrepere singulis singulis congrue referendo, ita ut facta vel inania non remanerent, quo calu circumspetè procedendum est, neque de facili per illa recessendum est à regula, ubi praesertim haec verisimilitudinis, seu inversimilitudinis, aliorumque administracionum fomentum habet, ut ultra generalia vel similia, in histerminis emphyteuticis haberent, carceris collectis, plenè firmatum p. Rotam in Cajetana bonorum coram Cerro decis. 427 par. 9. & 209. par. 10. rec. Iepius in aliis moderatoribus canonizatis, ac haberent frequenter actum in aliis hacten. super operationes dictæ clausulæ ad habendum, quod scilicet ubi ea omnino fatua, ac inanis non remaneret, sed in aliquibus suam facit operationem, intelligenda est quomagis fieri potest compatibiliter, cum juris regula, seu pro salvando actu à contradictione vel iubitanea contradictione.

Quare reflectendo principaliter ad ea, qua facti sunt, & ex quibus verisimilis voluntas partium defumatur, potius quam ad corticem, & figuram verborum, super quibus perpetuo mihi visum est legileice simplicitatis speciem esse principaliter ac mordicus immortati. Pro libertate inducenda, & sic pro remissione, apud me satis urgebat consideratio brevis intervalli inter divisionem, & alienationem hujusmodi bonorum emphyteuticorum factam per unum ex dividendibus cum consensu aliorum, unde duo refutare videbantur argumenta, Unum interpretationis resultantis ab hac observantia ipsarum partium adeo recentis. Et alterum, quod ita divisio præordinata esset ad acquirendam hanc alienandi libertatem, dum ad mentes ad hunc actum devenitum esset, atque istud motivum, per scribentes tam in contrarium non deducunt, neque in decisionibus ponderatum, me torquebat.

E converso, ultra pleraque argumenta resultantia à verbis instrumenti divisionis, præserit quod in una parte dicitur, quod singula singulis congrue referranda essent ut ex Hondeled. d. conf. 36. num. 32. & alios ponderant apud Fulgn. de renunciat. quæst. 2. nu. 14. & 15. duo videbantur pro non remissione satis urgente, Primo quia dividentes prævio peritorum iudicio, omnium bonorum dividendorum estimationem fecerant, atque valorem statuerant, ut ita divisio redideretur aequalis per partes quantitatibus magis, quam qualitatibus, in qua valuatione, satis longa differentia dignosciebatur inter bona allodialia & liberae divisionis, & ista emphyteutica, preti vero quantum maximum est argumentum voluntatis partium

Alex. conf. 2. 6. lib. 4. cum concordan. per Menoch. de præsumpt. lib. 3. cap. 73. Mantica de iacitis lib. 4. tit. 9. Greg. & adden. decis. 126. & postmodum, ita enim exclusum est motu lesionis seu inqualitatibus, super quo

principaliter sensati ac judiciosi scribentes, non colligendo, sed discurrendo, insistere solent pro remissione inducenda vel excludenda ex deductis per Fusar. dicta questione 593.

Ecce quamvis huic adminiculo ultima decisio respondeat, diversitatem valoris resultare à restrictione aliquorum ex dictis bonis ad solas tres generationes masculinas & respectivè aliorum ad solam lineam masculinam, unde propter ea periculum devolutionis minuit de valore, ex deductis in proposito feudorum in Romana legiema sub tit. de feudiis discussa 29. & alibi, atque responsio esset solida & probabilis, nihilominus valor erat adeo diminutus & inferior, quod non congrueret dicto soli oneri seu periculo, sed etiam alterius reciprocæ successionis inter ipsos, potissimum quia primum onus non adeo minuit de valore ob renovationem, quæ ex consuetudine, vel ex Bonifaciana facienda est ut infra.

Alterum erat meo iudicio satis vehementius adminiculum inverisimilitudinis deductum ex recepta heorica Bartolini in l. qui Roma s. duo fratres ff. de verborum oblig. num. 24. d. qua Hondeled. dicto conf. 36. numer. 18. & sequen. Gabr. dicto conf. 89. & ceteri apud Fulgn. dicto tit. de renunciat. quæst. 2. numer. 1. & seqq. & quæst. 6. num. 8. & sequen. Rota decis. 186. par. 3. rec. Romana fideicommissi de Steccatis 15. lunii 1665 & 14. Februarii 1667. coram Bourlemont, ac pluries subtit. de renunciat. quod scilicet renunciationes & cessiones in hujusmodi bonis differentibus, & quorum extranei non sunt capaces, factæ non centurant pro omnimoda libertate ne alijs detur inconveniens, quod deficient linea unitas ex dividendibus, ita exclusis agnatis de eadem linea primi acquirentis, bona devolverentur ad dominum, contra verisimilem ipsorum partium voluntatem.

Et nihilominus considerabam opus non esse, quod istæ conjecturæ esse præponderantes, sed juxta ea, quæ frequentier habentur, præterim in materia fideicommissaria, sufficeret quod destruant, vel debilitent conjecturas in contrarium, ut istis in vicem conquassant leu debitatis, firma remaneat regula. Adhuc tamen cum ageretur de materia coniecturali, & questione voluntatis arbitriata non de facili usum vel iurerum iudicium de iustitia vel improbabilitate redargi potest.

Maiorem difficultatem in praesenti causa mihi infete bat tertius punctus, de quo decisiones non agunt, quod scilicet noster auctor, cuius pactu m impugnai non poterat iuxta terminos textus in l. cum a maire Cod. de rei vendicat. nedum dictæ alienationi consentum accommodasset, Verum etiam evictionem expressè & in solidum in ampla forma promisisset, Ideoque in ista causa cardo difficultatis pro meo iudicio restringi videbatur ad alterum punctum pariter magis facti quam juris, an scilicet in dictum contrarium deductum essent dicta bona libere & pleno iure quoad ipsos alienantes, vel potius Alexander vendidisse suum ius emphyteuticum pro tempore usæ durationis in eius persona seu linea; Ita enim secundo casu intrabat conclusio de non præstanda evictione, quæ sequatur ex natura rei, nisi illa expressè vel saltem æquollenter promittatur, ex plenè collocis per Thesaur. junior. lib. 2. quæst. 23. cum aliis, de qui. 3. tibus in Ariminien. evictionis castrorum subtit. de finis disc. 44. ubi de hac materia, secus autem si econverso.

Ecce quamvis circè id prima decisio 2. Aprilis 1666. dicat præstandam esse evictionem, etiam ex natura rei resultantem ex formulatio Bononiensi, nihilominus id de plano cessabat ex facto, in quo æquivoca-

Card. de Luce. de Emphyteusi pars II.

tum fuit, quoniam in formulario tunc urgente id non concinatur.

Dedictum autem fuisse plenum jus cum omnimo-  
da translatione illorum bonorum in lineam emen-  
tium, m̄hi probabile videbatur, Tum ex ea circum-  
stantia, quod emptores solliciti fuerunt, ut ceteri a-  
gnati in investitura comprehensi consenserunt huic a-  
lienationi pr̄stanter, eorum aliquibus etiam pro evi-  
tione fidejacobib⁹, seu æquæ principaliter se obli-  
gantibus. Tum etiam ob inversimilitudinem acquir-  
endi bona stabilita tanquam per speciem commodi-  
tatis potius quam dominii, durante solum vita vel  
jure venditoris; Omnipotens siquidem in verisimile est,  
quod potius hujusmodi bona quamvis differentia, &  
ad certas generationes seu lineas restricta acquirantur  
pro generatione vel linea propria, non autem aliena,  
ut sequi dicitur, quando emptor assensum obtinet a  
domino directo tanquam per implicitam refutationem  
a priori possessore in manu domini, novamque  
investituram ab isto factam ex integro novo acqui-  
renti, cuius profindè linea, non autem illa venditoris  
attenditur, iuxta veriorem sententiam, quam formi-  
ter discussu articulo firmavit Rota decr. 82, par. 6.  
rec. quæ reputatur in materia magistralis plures in a-  
liis canonizata, ubi habentur auctoritates & funda-  
menta, cum verè sit opinio probabilior, communī u-  
sui & commercio magis adaptata, & conferunt quæ  
33 simili de venditionibus officiorum vacabilium seu  
locorum montium, ac etiam feudorum, aliorumque  
hujusmodi iurum in libero commercio non existen-  
ti, neque ad extraneos transmisibilium si quenter  
in proposito habentur sub ita de regalibus ad materiam  
officiorum & locorum montium, ac etiam sub altero de  
feudis Lice in Sarasinat⁹ feudorum Coccino impress⁹  
apud Capye.lar. consule, 75. id ponatur in quaestione  
ob Bullam Pii V. de quo in eadem Sarasinat⁹. coram  
Dunozero inter suas decr. 748. & 760. & post Con-  
trarium decr. 18. & 19.

Unde propterea illa instrumenti verba, per quæ  
dicebatur, venditorem suum jus emphyteuticum ven-  
dere, & in quibus ego & ceteri iustificabamus, statu-  
tibus præmissis, percurrete videbantur expressionem  
qualitatib⁹ bonorum, in ordine ad dominium direc-  
to. Un in Ecclesiæ, & ne alias, etiam quoad istud ac ple-  
no jure venditio facta conferetur; Et sic isto respectu,  
recte ad favorem venditoris & fidei jussorum evictio-  
nis intrabat dicta conclusio, de non præstanda evicti-  
one resultante ex natura rei, cuius tamen casus ob de-  
volutionem non de facili contingit, dum Ecclesia,  
vel de consuetudine, vel ob Bonifacianam, ita exten-  
sam pro se non retinet, sed denud concedit, seu ren-  
ovat, unde propterea ista acquisitiones fieri videntur  
quodam jure perpetuitatis, cum solo onere solvendi  
ea emolumenta, quæ pro renovationibus præstari so-  
lent, in hoc solum differentia ab aliis bonis allodiali-  
bus & liberis; Et in his erat mea difficultas, ut potè  
percidentibus substantiam voluntatis partium, po-  
tius quam in clausulis ac formalitatibus verborum,  
super quibus tam in his materiis, quam in illis ultima-  
rum voluntatum ac aliis, in quibus ambiguae voluntatib⁹  
quæstio sit, mihi nunquam placuit principaliter  
immorari, solumque illa attendere accessoriæ seu fa-  
miliatæ, aut administrativæ &c. cum frequentius  
sint verba Notariorum, quæ partes non attendunt,  
neque eorum vim percipiunt, ut in proposito quæsti-  
onis, ac magis capitulii quam instrumento deferendū  
sit, habetur aetum diuina Romana Casalis vete-  
ris hoc tū. Afc. 14. Et magis discussa materia in Romana  
fideicomissi de Peperis in sua materia sub ita de fidei-  
commissis. Adhuc tamen ob dictum motu longe

inferioris pretii, quo ista bona discretivæ ab aliis va-  
lutata & respectivæ distracta erant, non improbabilis  
videbatur auctorum prætentio, unde propterea ad-  
huc remaneo indeterminatus, cum hinc inde proba-  
bilitates urgere videantur, ideoque videretur causa  
compositione digna.

## R O M A N A REDUCTIONIS CANONIS

P R O

JOANNE BABTISTA

AQUILANTE

C V M

N.DOMINO DIRECTO,

*Causa pendet in Rota.*

An & quando emphyteuta ex rei emphy-  
teuticæ diminutione petat canonis seu alterius responsonis diminutionem, quæ si-  
bi concedenda sit.

## S U M M A R I U M

- 1 F Act series.
- 2 De decisionibus negantibus reductionem cano-  
nis
- 3 Quomodo quæstio hac decidi debat.
- 4 Sires emphyteutica perit in parte, an minuantur ca-  
non.
- 5 Si contractus tractu temporis fit iniustus, an si redu-  
cendus ad iustitiam.
- 6 In contractu emphyteutico intrat etiam laſio iuxta ter-  
minos. II. 2. C. de rescindend. vendit.
- 7 An detur laſio ex parte domini, & de ratione differen-  
tiaenter dominum & emphyteutam;
- 8 In contractibus attendit non debet nomen seu nuncupa-  
tio, sive substantia aliud denotat.
- 9 De consideratione que habenda est immertienda laſio-  
ne,
- 10 In casu laſionis, quia practicari non potest remedium  
reservoirum, intrat diminutio canonis,

## DISC. LIV.

Oſſidente ex maiorum successione  
seu alio titulo Aquilante vineam de  
directo domino N. sub gravi ca-  
none partim in pecunia, partim in  
multo importante iulios circiter  
30. pro qualibet petia, cum posſel-  
ſet hujusmodi præstationem nimium duram & laſi-  
vam prætenderet, judicium institutum super  
illius diminutione, ac reductione ad iustitiam  
& æqualitatem, atque desuper, unam vel duas  
sententias reportavit, unde commissa per appella-  
tionem causa in Rota coram Bevilqua, in hoc statu ex  
parte dicti Aquilantes qualificati causatum Patroni,

ad